W. W. BLAKE.
OLD BOOK SPECIALIST,
16 De Septiembre 13
MEXICO CITY, MEX.

John Carter Brown
Library
Brown University

1327

FLORIDA

Supremi Agentis virtute patrata
Illico enim ac flores extemporanei
Stupefacto univerſo
Fortunata herculè indica tellus!
Sedenim fælices undique flores!
Signum quippe magnum tunc apparuit in terra,
Quæ ſuper & Garamantas, & Indos
En formæ illæ cœleſtes in novam lucem eductæ
Ipſi tamen, ne in nihilum eos autumes redigi,
Sed inclytum adhuc cernito ænigma:
Siquidem poſt converſionem ob oculos ponitur
Quod & ſi ab initio, & ante ſæcula creatum
Quo & roſarum nobis propinavit antidotum,



CONVERSIO

Occiduæ propalatur Nationi;
Auſpicatò in terra noſtra apparuerunt,
Verſi ſunt in effigiem.
Quæ vi præcedentis miraculi tranſijt in flores,
Qui vi ſubſequentis tranſierunt in ſidera.
Mulier, ſanè, Sole, Luna, & Stellis ornata,
Roſeum ſedulò protulit imperium.
Ex præſuppoſitis floribus ducunt originem;
In virgineum totum vi converſionis evadunt.
Flores in florem convertuntur;
Flos campi, & lilium convallium,
In tempore potius venerandum retegitur,
Et cunctis remedia pinxit in floribus

PURISSIMA VIRGO MARIA
*** DE GUADALUPE, ***

Quæ ſupremo picturata penicillo apparuit in tempore, ſed ab inſtanti primævo concepta perhibetur in ſplendoribus, dum & ſidera in ſcabellum, adigit, & ornatum, & extemporaneos flores ad ſui converſione mpræſuppoſitos mirabiliter exhibet. Ejus igitur ad pedes provolutus D. EMMANUEL GARCIA DE PEREDA in Regio, ac Pontificio Divi Pauli, Puriſsimæque Conceptionis Metropolitano Collegio ſtemmate ornatus cæruleo ſubjectos Phiſiologiæ flores affectu ſacrat demiſſo, ut tanti Numinis ope, & influxu, uti ſidit convertantur in decus.

De Objecto Phyſicæ, & de Principijs.

AB objecto QUOD adæquato Philoſophiæ naālis rejicimus ens mobile ɔpræhẽdens ſubſtaāle, & accidentale, vel abſtrahens ab utroq̄; excludimus pariter ens mobile motu inteõli, aut metaphyco; ejuſmodiq; objecti ratiõẽ ɔāhimus ad ens determinatè ſubſtaāle, mobileq̄ motu reali, & phyſico, ñ quidẽ terminativè, aut negativè, ſd ſubjectivè, & poſitivè. Principia eſſeālia entis naālis ſic explicamus: QÆ NON FIUNT EX ALIJS, NEC EX ALTERUTRIS, SEU ÕIA EX IPSIS; ens autem naāle ſi ɔſideratur ut in fieri per mutaõẽ tria ſortitur principia, nimirũ, maã, frã, & privaõẽ; cæterum ſi ut in facto eſſe accipiatur, duo damtaxat importare ɔtendimus, maã, videlicet, & frã.

De Materia prima.

MAæ primæ quidditatẽ ſic aperimus: SUBJECTŨ PRIMUM EX QUO ALIQUID FIT, CUM INSIT, ET NON 2DUM ACCIDENS, ex quo eluceſcit, ipſam eſſe entitatẽ ſimplicẽ, partialẽ, & inɔpletã, potẽtiaq̄ phycã ſuſceptivã fràrũ, adeo ut quamvis propugnemus, ipſam ex ſe, & indepẽdenter à frã verè, & propriè habère actum metaphyſicũ, ſive differentiã, vel ɔtractivã prædicati ſuperioris univoci, tamen ab ea propriã, & partialẽ exiſtẽã ſelegamus, exiſtereq̄ aſſerimus per eamdẽ exiſtẽã, per quã exiſtit ſubſtaālis fra, à qua ut à dãte tã actualitatẽ tali maà depẽdet, ut nec ſolis nãæ viribus, quinimo nec de põa Dei abſlùta, illã valère ab õi frã ſpoliatã exiſtere, exiſtimemus.

De Appetitu Materiæ.

SUppoſita impoſſibilitate reproductionis naturalis rerum tam ab extrinſeco ex defectu divini ɔcurſus cum naālibus agentibus, quam ab intrinſeco ipſarum rerum, quatenus de privatione ad habitum naāliter eſt impoſſibilis regreſſus, tenemus, maã primã ñ appetere frãs ſemel amiſſas appetitu innato, quo quidem fertur in omnes frãs naāliter acquiſibiles, ſive perfectæ illæ ſint, ſive imperfectæ: unde ñ magis propendet in animã raõalẽ, quã in reliquas frãs, habito dumtaxat diſcrimine inter poſſibiles, & poſſeſſas, ita ut in illas, quas ñ dũ maà poſſidet, feratur appetitu deſiderij; in eas vò, quas actu poſſidet, ñ appetitu deſiderij, qd eſt ad abſens, ſd appetitu gaudij propẽdeat.

De Forma ſubſtantiali.

FRãm ſubſtaālẽ partialẽ, phyſicũ definimus: ACTUS PRIMUS MAÆ PRIMÆ CUM EA ɔSTITUENS UNUM PER SE; ſi igitur frã ſit maālis, habensq̄ eſſe maæ immerſum, poſt primam rerũ productionẽ adeo à maà dependet, ut ex illius potentia, in qua ſanè ɔtinetur, proculdubio educatur; ſi vò ſit ſpiritualis, materiæq̄ ɔditionem, atque capacitatem exſuperans, ſolummodo per actionẽ creativam eſt producibilis à Deo, qui in prima rerum ɔditione, nullo inquam intercedente miraculo, de facto creavit formas cœleſtes, & elementares; nullam tamen agnoſcimus repugnantiam in eo, quod Deus ipſe abſolutam potentiam exercendo, potuerit tunc ex materia præfatas formas educere.

De Unione, & Compoſito.

INter materiam primam, & formam ſubſtantialem non admittimus medium aliquod, aut modum ſubſtantialem earum entitatibus realiter ſuperadditum, atque ſe habentem per modum frālis nexus, aut exercitij uniendi; eaque propter ſtabilimus, ex materia, & forma ſubſtantia liter unitis exercitè, & in actu ſecundo immediatè, & per ſuasmet entitates via eſſentialis compoſitionis conſtitui totum ſubſtantiale phyſicum; quod equidem quamvis realiter inadæquatè diſtinguatur à ſuis partibus ſeorſim acceptis, ab ipſis tamen unitis, & collectivè ſumptis nulla diſtinctione reali, ſed tantummodo diſtinctione rationis penes implicitũ, & explicitum diſcriminari cenſemus.

De Natura, Violentia, & Arte.

NAà prout cadit ſub ɔſideraõe phyca rectè explicatur: PRINCIPIŨ, ET CAA MOTUS, ET QUIETIS EJUS IN QUO EST PRIMO, ET PER SE, ET NON 2DŨ ACCIDENS; quare raò nàæ ſic acceptæ propriè ɔvenit màæ primæ, & õi fŕæ ſubſtaāli, etiamſi ſit anima raõalis, ſi pro ſtatu ɔjunctionis ad corpus ɔſideretur; neutiquã vò ɔvenit Angelis, ſicut nec Deo, reſpectu cujus creaturæ nullã obtinent reſiſtentiã, proptereaq̄ ipſe nec ut Author particularis, nec ut univerſalis poteſt creaturis inferre violentiam ſimpliciter; ars autem, quæ ex Philoſopho eſt: HABITUS CUM VERA RAÕE FACTIVUS, tantùm mediatè, & applicando activa paſſivis poteſt opera naturæ efficere.

De Cauſa in ɔmuni, & de intrinſecis.

CAuſa in ɔmuni eſt: PRINCIPIUM, AD QD SEQUITUR ESSE ALTERIUS, eamq̄ adæquatè, & univocè dividimus in maālem, frālem, efficientem, & finalem, ex quibus maālis, & frālis, quia cauſant intrinſecè, & eſſentialiter ɔſtituendo totũ, cauſæ intrinſecæ ɔpellantur, earumq̄ vires cauſativæ, quibus in ratione taliũ cauſarum ɔſtituuntur, ſunt ratio potentiæ ſuſceptivæ formarum, & ratio actus primi dantis eſſe formale intrinſecum; cauſalitates autem, quibus ejuſmodi vires exercent, ſunt actualis receptio, & informatio, quæ nihil reale intrinſecum ſuperaddunt entitatibus ipſarum, inter quas utpote cauſas diverſi generis datur mutua prioritas, & cauſalitas.

De Cauſa efficiente creata

SUppoſito, quod in agentibus creatis ſubſtantialibus datur vis effectiva ñ ſolù accidentis, verumetiam ſubſtantiæ, defendimus, nullam ſubſtantiam eſſe virtutem, ſeu potentiã proximè, & immediatè productivam ſive alterius ſubſtãæ, ſive accidentis, ſed ſemper medio accidenti realiter diſtincto operari; inſuperq̄ cũ ſphæra activitatis, & virtutis cujuſcumq̄ cauſæ particularis ſit ita à natura determinata, & præfixa, ut dumtaxat ad certã effectuũ ſeriem poſſit procedere, aſſerimus pariter, quod effectus ab una cauſa productus ñ potuit diviſim ab alia ejuſdem ſpeciei procedere, immo nec in ipſius ɔſortio; qd quidem adhuc divinitus evenire non poſſe arbitramur.

De Cauſa increata, & de Inſtrùm.

DEus utpote cauſa univerſaliſſima, & eſſendi plenitudo, ſimul, & immediatè cũ cauſa ſecunda producit ipſius effectus, illiusque omnipotentia cũ poſſibilibus, & impoſſibilibus metaphyſicè mutuò connectitur, adeo ut quolibet poſſibili reddito impoſſibili, vel impoſſibili poſſibili Deus deficeret, & è converſo. Cauſa inſtrumentalis ea eſt, quæ non habet virtutem propriã, qua concurrat ad effectum principalis agentis, proindeq̄ conſtituitur in ratione talis per cauſæ principalis motionem, in qua recipit virtutem tranſeuntem, ultra quam etiam gaudet propria, & prævia actione, & virtute, qua âd effectum principalis agentis diſpoſitivè operatur.

De Motu, Actione, & Infinito.

RAtio motus ñ reperitur in mobili quando eſt in pura potentia ad terminum, nec quando eſt in actu perfecto, ſd quando eſt in via ad talem actũ: unde illius definitio ɔvenit ñ ſolùm motibus ſucceſſivis, verum etiam inſtantaneis; oppoſitũ autẽ in inteõalibus mutaõibus propugnamus, ſicut etiam, aõẽ ñ differre ſubjecto à motu, ɔſequẽterq̄ actio frāliter tranſiens, licet egrediatur ab agẽte, tamẽ ñ in eo, ſed in paſſo frāliter ſubjectatur. Infinitum eſt: CUJUS SEMPER ALIQUID EST EXTRA, & ſi cathegorematicè accipiatur tam ſecundũ intentionẽ, quam 2dũ multitudinẽ, & magnitudinem repugnare protegimus, pariterque creaturam omnium perfectiſſimam, ſeu maximã.

De Loco, & Tempore.

LOcus definitur: ULTIMA SUPERFICIES CORPORIS ɔTINENTIS IMMOBILIS PRIMA, taliterq̄ continet corpus, ut iſtud ratione impenetrabilitatis naāliter excludat aliud ab eodẽ loco, ſubindeq̄ duo corpora ſolùm divinitùs poſſunt penetrari, ſicque ſimul eſſe in uno loco; unũ vò corpus eſſe ſimul localiter, ſeu circumſcriptivè in duobus, vel pluribus locis ñ pſt fieri adhuc per miraculũ; bene tñ qd detur in rerũ naà vacuũ privativũ, qd eſt: LOCUS PRIVATUS CORPORE, in qo quidẽ poſſet corpus moveri localr, ñ vò inſtantaneè, ſed ſucceſſivè, ſive in tẽpore, cujus quidditas explicatr: NUMERUS MOTUS 2DŨ PRIUS, ET POSTERIUS, ejuſq̄ partes ñ raõe ſui, ſd inſtãtis exiſtũt.

De Duratione Mundi.

DUratio juxta fidei dogmata de facto mundo ɔceſſa fuit in tempore, nullam tñ involvit repugtiã, qd tã res permanentes, quã ſucceſſivæ potuerint eſſe ab æterno; idcirco cũ Angelico Duce defenſamus, mundũ potuiſſe ab æterno exiſtere, nedũ quantũ ad creaturas permanentes, verumetiam (dempta geneſi humana) quantũ ad ſucceſſivas; qæ utiq̄ incipiunt, & deſinunt eſſe extrinſecè, ſimiliterq̄ ſe gerunt res ões, qæ incipiunt, & deſinunt eſſe ſimul cũ motu ſucceſſivo; illæ vero, quæ in ſui inceptione motui ñ ſubduntur, incipiunt eſſe intrincè, & ſi deſinerent eſſe, deſinerent etiã intrincè; ſubſtãæ autẽ factæ per generaõẽ intrincè incipiunt, ſed per accidẽs extrincè deſinunt.

DEfendentur in Regia, ac Pontificia Mexicana Academia (D. O. M. T. & U Crucifixo Domino noſtro JESU, ejus illibata Genitrice abſque originea labe concepta, Angelicoque noſtro Præceptore opitulantibus) Præſidebit D. PETRUS JOSEPHUS RODRIGUEZ DE ARIZPE in Philoſophia, & utroque Jure Bac. in Regio, ac Tridentino Divi Pauli, Puriſſimæque Conceptionis Seminario Metropolitano Collegio trabea inſignitus cærulea, ibidemque quondam Latinitatis Præceptor, nunc Philoſophiæ Cathedræ Publicus Moderator. Die 25 Menſis Augusti Anno Domini 1744 (De licentia Domini Rectoris.)

Mexici, Typis Viduæ Ioſephi Bernardi de Hogal.

11355-1

BA 729
F819m